1238.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

No 1238.



=L. N. 415

M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

1238.

ἀνάλυσις

HISTORICA VATICINI, FIRMIani Lactanti De

IMPERIO OCCIDENtali, in Orientem tranſferendo.

Carmine contexta

à

IACOBO BONNO Ripenſi Dano.

VVITEBERGÆ,

Typis Zachariæ Lehmanni,

ANNO M. D. XCVI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

CLARISSIMIS VIRIS REVERENDA DIGNITATE, EXCELLENTI doctrina, & ſpectabili pietate conſpicuis, Domino Epiſcopo & Canonicis, venerandi capituli Ripenſis, Dominis & fautoribus ſuis omni obſeruantia colendis.

Miramini forſan, viri Reverendi, quod cum diris, neſcio quâ Minerua conflatis, in veſtrum prodeam conſpectum. Cauſſam inſtituti mei duplicem invenio. Priorẽ, quia exercitio huic rudi & obſcuritatis morbo laboranti, aliquam à veſtri nominis luce, lucem conciliare cupio. Poſteriori aditum præbent, humanitas, beniuolentia & comitas veſtra. Revocanti enim mihi in memoriam, beneficia quibus me ſemper eſtis proſecuti, vobis in bonos & eruditos propria, hoc ipſum, quod mihi contigit, optabam, vt officiolo aliquo, meam erga vos obſervantiam teſtatam redderem. Accipite igitur viri eximij exiguum hoc mentis munus, & patrocinio veſtro ingenioli mei fœtum, qui materiæ grauitate non grauis. eſt, opinio ambiguum me reddat, ſuſcipite, valete in θεανθρώπῳ feliciſſime.

VViteberga 28. Iuni. Anno à Chriſto nato 1596. Dignitati veſtræ deditiſſimus.

IACOBVS BONNVS Ripenſis.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

ELoquar, an ſileam? magni res ponderis, impar
Haud humero Atlantis, qui torquet fortiter aptum
Axem ſideribus; quì noſtris hoſpita lumbis
Eſſe poteſt? niveos tamen ut ſtrepit inter olores
Anſer, cygneos turbans clangore ſuſurros:
Sic ego, grandiſoni quæ eſſent texenda Maronis
Vatis acu aggrediens, hæc texo retexo Minerua
Inculta, incomptas medijs proferre Camœnas
Fluctibus in patriæ, pietatis comprobat ardor.
Ales ut adverſo corpus Iunonia Sole
Explicat, auricomos caudæ mirata colores:
Peſtiferæ ſeſſor cathedræ blanditur iniquis
Sic ſpolijs, vaſti fundendo dira per orbis
Toxica circuitus, ſuperos & ad arma vocando.
Vt movet obpictas mortalibus æmula, pennas
Pavo triumphantes gyros: Ita acinace temtrix
Divûm freta cohors, quibus eſt reuerentia veræ
Virtutis cordi, flammamq́; necemq́; minatur.
Exemplum nobis depingit Turcica ad unguem
Barbaries, Scyticis olim vicina colonis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

Qui boreale latus retinent, quà ſpectat Imaus.
Sarmaticos trux hæc campos, Mœotis aquasq́;
Turba, Saracenis habitantibus æquora Ponti
Euxini domitis ſociali clade, reliquit,
Accelerans Libyæ tractus Aſiamq́; calentem.
Paullatim varijs ſic nobilitata triumphis,
Induperatori tribuit diadema Zodoco,
Augenti primùm ſurgentia ſemina agelli
Proventûum ſeros quæ proſperitate nepotes
Lactavère, volat noſtras ceu fama per aures.
Quis quatit Imperio ſeptemplicis oſtia Nili?
Quis Syriam, Memphim; quis montes melle ſcatentes?
Gaudet oliviferis Solymæ quis collibus? eheu
Turca, ſuis jungens Bizantia finibus arva,
Docticanis vatum quondam ditata cothurnis;
Et Peloponneſum, bimari qui jungitur Iſthmo,
Nec non Phocenſes, Parnaſſi jugera, Athenas
Cecropiasq́;, novem præbentes dona puellis.
Prodeat extemplò magni Lactantius auctor
Nominis in medium, ſic tuta ſilentia frangens.
ROMA (reformidat mens tanta revolvere) mundi
Flos, ſua dilatans ad multos brachia Reges,
Imperij

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

1238

Imperij nervos, maieſtatiſq; nitorem,
Nomine Romulidûm, quod formidabile nunc eſt
Fœdifragis, terræ ſublato viſcere perdet.
Omnibus his talem productis, inſtat, in actum.
Sceptra orientales Aſiæ vertentur in oras,
Ortus ubi occiduis latè dominabitur hortis.
Hæc Ariadnæis non offuſcata tenebris
Inſigens animo, vox faucibus hæſit in imis,
Cordis & in thalamos, penetravit lerna dolorum.
Auſonijs etenim minitantur, atrocia dictu,
Faſcibus excidium, contemptus, vincula, mortem.
Occiduis Aſiæ præſcribet jura tyrannus?
Cultores pedibus conculcans juris & æqui.
Heu quæ tunc tellus, potuiſſent æquora quæ tunc
Nos capere? heu captis reſtaret deniq; quid jam
Subſidij nobis in Mauro? ſangvine anhelans
Qui ſtudet incultis cultas ſubmittere terras.
Quid magis horrendum, quid triſtius inſuper, hoſce
Ire ſalutatum ſitientes ſedibus Afros
Exſuti patrijs, Medos, rigidosq; Gelonos?
Quid lacrumabilius, ſi culta novalia miles
Barbaricus noſtro coleret ſignata cruore?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

O dolor, ô lacrumæ, nobis ſupereſſet aſylum
Exulibus quodnam? nullum; niſi turbo malorum
Obtenebrans oculos, gelidæ ceu mortis imago.
Ut Leo, terribiles ad cuius ſylva remugit
Rugitus, trepidis inſultat dente rapinis:
Omine nomen habens coniunctum Turca viciſſim
Dentes dente acuit, truculento concoquit iras
Ore, minas linguà, de naribus evomit æſtus.
Inſuper haſtatus noſtris, prò, more Gygantum,
Quos ad ſublimem congeſtis montibus arcton
Scandere fert rumor, cervicibus imminet ultrò.
Si mihi divini flueret divina Maronis
Vena, mihi plenis calathis ſi munera Phœbus
Offerret, digno poßem non prendere tractus
Barbaricos plectro longè lateq; patentes;
Nullus in orbe unquã monſtro hoc feriora per orbem
Fulmina ſævitiæ diſperſit. Flamma favillis
Cœpit ab invalidis valida incrementa; ſubactis
Sarracenorum Satrapis in limine regni
Primo, Romanum miris conatibus audax
Invaſit cornu; Mundi pars optima ſtragem
Eſt experta, malum, victoris ſæpius huius;
Decolor

Decolor Æthiopum turis dotata Sabæis
Gens, Syria armipotens, Perſis Danæia, Molucha.
Socraticis ſapiens dedit olim Græcia portum
Militibus, quorum poſt funera ſcripta triumphant;
Apperuit valvas Babylonia Gymnoſophiſtis;
Prodigioſa parens Magis Ægyptia Memphis,
In Pharium exſurgens ſeptena per oſtia flumen;
Sancta Palæſtinæ tellus aliquando Prophetis
Portus, ſtellatos caput inter condidit orbes.
Nune diſiecta jacent Troiano cuncta fragore;
Nunc documentorum veſtigia nulla ſuperſunt:
Extinctà nunc pace, ferox Bellona Sophorum
Invidioſa gregi, ferro facit omnia vaſta:
Nunc Otomannigenis Harpyis Græcia præda eſt
Græcia muneribus viduata tot inclutа raris:
Nunc face conſumptis Magis, opulenta marinis
Emporijs, Magni Ptolemais regia ſedes
Regis Alexandri, rabidis dat penſa moloſſis:
Nunc animum ſpecies intrat miſeranda Sionis.
Cum Ioue diuiſum ſe jactabundus habere
Somniat imperium, ſolio in penetralibus ipſis
Cæſaris Auſonij, qua littora Thracius undis
Boſpho-

Boſphorus æquoreis lambit Bizantia, fixo.
Nunc ferus Hungariæ vaſtator, adoptat acerbo
Exulio nobis patrios mutare penates.
Iam cœlum terris terras confundere cœlo
Mole gygantæâ pharetratus Latro laborat.
Inſtar is accipitris, ſubito qui nubila tranat,
Cùm mare, tùm terras omni ditione laceſſit.
Sarracena lues nimium nimium agmine denſo
Armis incumbens, latè loca milite complet.
Urit & uſq; furit, vehementer turget & urget.
Illa moras animoſa phalanx non Thracica nectit,
Quin dextris didicit, didicitq; jugalibus uti.
Propugnacla Canis multos ſeruata per annos
Eripuit noſtris, ipſi fert BVDA tributum,
VVIZIA, Iaurinum, Petrinia, flebilis Alba.
Hæredem metuunt quem cætera, noſtra fuère
Quæ nuper, juvat at hoc quid dixiſſe, fuerunt?
Dalmatiæ fines, ac tranſalpina Dacorum
Oppida, Moldavicis multùm non diſſita ſyluis
Impiger accelerat; circundatus ære miniſtros
Cogit in arma ſuos, poſcitq; in mœnia ſcalas.
Huius inauditos modo Tranſylvaniæ multùm

Haud

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

Haud diſcluſa ſolo Bulgárum, vertice ſeptem
Arces Carpathio circumdans, horret ad aſtus.
Hujus ad inſtantes modò Pannonis undiq; tota
Palleſcit fremitus, trepidatq; ad compedis ictus:
Hujus ad inſidias, ad faſtus mille, celebris
Atria Teutoniæ fundunt modo flebile carmen.
Siccine murorum pinnas cum parte revellet?
Siccine tot coget in triſtia funera cives?
Siccine regificas urbes, tot tecta Scholarum,
Tot delubra DEI, longum ſtabilita per ævum;
Tot fora, tot pariter benè culta novalia habebit?
Siccine deletis nobis quibus halitus auræ
Vitalis datus eſt, regnum, grave nomen ab ipſo
Chriſto, inſultabit toti Rex unicus orbi?
Nominis ut clari Lactantius edidit auctor,
Quem vixiſſe bonis legimus florente Lycæo
Romano ſtudijs, ſtudioſorumq; coronâ.
Scripta fidem dicto faciunt præclara, legentûm
Pectora largifluo ſaturantia Nectaris imbre.
Oraclis igitur ſententia conſona rectis
Militat? harmoniam faciens cum codice ſacro.
Nequicquam: vates quam clauſum carceris antro

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

Fama eſt chaldæos inter luſiſſe Leones,
His rata prædictis ſuffragia ferre recuſat.
Ergo LactantI confeſtim incongrua verbis
Verba juvat calamo percurrere vatis agreſti.
Rite plagas Mundi diuino quattuor hauſtu
Penſiculans juvenis Domino acceptiſſimus hoſpes.
Aſſyriam, largas Babylonis opesq́ trahentes
A duce Nimrodo prima incrementa, Leoni
Comparat alato robur quem corporis armat.
Perſarum metas, quas Cyrus adauxit Hydaſpes
Urſo; Græcorum celeri primordia Pardo,
In medio Peleus quêis Pardus flore juventæ
Oblongans annis brevioribus addidit alas.
His ita depictis, pulcherrima & ampla Quiritum
Regna togatorum, luſtratus Flaminis almi
Lampade fatiloquus, voluit depingere monſtro
Ignoto, quorum ſplendentia lumina Cæſar
Iulius, à Iuli demiſſus origine, nec non
Auguſtus, triplici invectus Tarpeja triumpho
Mœnia cum plauſu, ſtellis æquavit olympi.
Sic ait: Horribilis, maculoſo tergore quarta
Beſtia tecta, truces tantùm inter cætera criſtas
Erexit;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

Erexit; Pinus quantum inter celſa ſuperbit
Myrtos, quantùm inter viburna tenella Cupreſ-
Conculcabit ovans pedibus, lacerabit ovansq́; (ſus.
Unguibus, amplexu ſpacioſo machina mundi
Quæ tenet, enatis capitis de vertice denis
Cornibus, ad proceres quorum ſe brachia denos
Expandent orbis, belloq́; togaq́; ſecundos.
De medijs unum progreſſu temporis horum
Faucibus accipiet parvum fundamina cornu,
Accipiet nervos, ditionis honorem & amorem,
Eradicatis feruore tyrannidis omni
Cornibus à primis auro fulgentia trina.
Innocui nunquam ceſſabit inermia Chriſti
Membra, pharetrata triſtare phalange ſuorum,
Uſq; venit dicens antiquus jura dierum.
His procul à patria diſtractus Daniel, oris
In Babyloniacis exſtinctu opulenta ſupremi
Regis, adumbrauit fulmina quattuor orbis,
Addens fortunæ ſucceſſus atq́; receſſus
Mille monarchiæ venturos ſecula quartæ,
Auſonio trinis mutilato corpore membris.
Hæc igitur juſta perpendere lance neceſſum eſt,

1238.
Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

Myſtica, quæ ſacro ſacroſanctus inebriat imbre
Spiritus, enodans abſcondita patribus. Ergo
Sexcentis alijs à pectoris arce remotis
Teſtibus huic teſti fidendum gnaviter uni eſt:
Fulta adamantinis neſcit nam pagina fulcris
Fallere, fallenti bibulas nunquam exhibet aures.
Eſſe manus tumido quis longas abnegat Afro?
Inſtructas ipſi quis denegat eſſe cohortes?
Divitias, vires, jubar imperiale, ſuperbos
Occaſus ſpargens radioſq́; Orientis ad axem.
Quid moror? infelix exemplo Græcia, tanti
Hoſtiles hoſtis tellus experta procellas
Duplicat hei, Muſæ Parnaſſia caſtra, timentes
Inſtantem rabiem, dictu lacrumabile, Turcæ;
Liquerunt pullis indutæ veſtibus; alma
Dat Solymæ lymphas provincia, fundamentis
Eruta, demiſſe duplices ad ſidera palmas
Extendens; lacrumis fortunæ Ægyptus iniquam
Perſequitur ſortem, Rhodus, & Belgradus & In-
Enervata jacent Tarpeia palatia trinis (dus
Cornibus Ægypto, Syria, Græcâq́; feraci
Matris ab Europæ diſtractis ubere. Cœpit

Cœpit

Cœpit Otommanicus Martis ſpirante ſereno
Flatu vicinos ſub vertere Baſſa colonos.
Noſtram continuis auxit fortuna rapinis
Hunc in perniciem; Sic vires viribus, artes
Artibus atq; dolis cumulavit, ut arma maniplis
Turcica jam liceat minimè contundere parvis,
Combinare ſuis Romano nomine prorſus
Oppreſſo, Romana ſtudet tentoria campis.
Hunc quoties laxis qui non moderatur habenis
Hungarus extimuit pugnantem cominus harpe?
An caſu tantos gerit an virtute triumphos?
Oſor virtutis tantos virtute gerit non
Nec caſu. Caſus Salomonis ahenea turris
Signatos toties habuit nigredine ſortis
Sancta profanaret quoties mandata Tonantis.
Sic quoq; quem pennis majeſtas ambit honorum,
Criminis ob noxam nobis immane flagellum.
Ad certas poſuit Turcos hos temporis horas.
Non tamen, ut vanis Mahomethi vana columnis
Duravit varios ſententia firma per annos,
In nihilum occiduas rediget terroribus urbes.
Stat ſua cuiq; dies fortuna noxia telis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

Certa manent etiam furibundo tempora Turco.
Sæviat, extollat frontem, bacchetur, adæquet
Rura ſolo, Auſonijs nulla in mage faſcibus olli
Sella thronusq; patet, lucem Sol donec ab umbris
Dividet obſcuris. Ramos ut quercus in auras
Exaltat, vento moles, ſurgente, ruinâ
Quò grauiore cadat: Sic aſtipulante jehoua
Sors Mahometigenas Zephyro ſpirante nitentes
Euehit ad nubes, quò conſpirantibus unà
In maris exitium Borealibus, ocyor Euro
Quæ valuère ruant. Num fœderis immemor eſt is,
Qui ſemel inſtituit pactum cum Davide? non eſt:
Nam non deſtituit comites diſcrimine in arcto,
Nec permittit oves robur lacerarier ultrà:
Organa quin potius clypeo bonitatis obumbrat;
Nec fædus, volvit dum Mundus ſecula, ſoluit.
Non ex Occiduis Deus ullo tempore in oras
Eſt Orientales ſolitus transferre Sareptam,
Aut decus imperij. Pietatis ſemina prima
Nonne Oriens Titan ortu qui lucet Eoo
Iugiter excoluit? coniuncto pondere legum?
Sic, ſua in occiduos pedetentim brachia fines.

Limina

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

Limina & extendens Septem ſubiecta trioni.
Deniq; Perſarum reparata potentia ſicut
Sub juga non redijt Babylonis inhoſpita; Sicut
Græca Monarchiam fuit haud delata ſuperbam.
Perſida: Romani ſplendoris lumina, ſic nec
Subijcientur agris Lydijs, Aſiæq; barathro.
Quin prius ipſe ſuo cadet audaciſſimus enſe.
Num vetera in medium ducam monumẽta? Quiri-
Flore ſalutatus Satrapis plaudentibus ultro (tum
In Rhetiæ campis Dux Vallerianus, arenas
Imperij quarto fatis urgentibus anno
Navibus Euphratis ſulcans, ad prælia Perſas
Romani magna populi cum clade cœgit.
Exitus exemplo, Sopori fit præda tyranno.
Hic gauderet equos quoties conſcendere, collum
Victori victus calcandum præbuit hoſpes.
Cætera nunc referam? crudelia, jam obſitus ævo
Captivus, Perſæ excoriendos obtulit artus.
Nonne alienigenis ſtygias inglorius umbras
Cum peteret terris, Romano illata nitori
Et maieſtati, ingens obſcuratio, & horror
Extitit? utrum igitur ſublato præſide, nomen

Suſtulit

1238.
Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

Suſtulit è medio Romanum Perſicus heros?
 Si refricare licet vulnus, Capitolia (quorum
Nomen honoratum, ſucceſſus, robora, vires
Extimuère viri, quà Sol utrumq; recurrit
Oceanum) Galli cum debellàre; cohortes
Cumq; Caledoniæ Pictorum littus amœnum
Scotigenæq; duces; Europam vandalus atrox.
Auſoniæ quis tum jubar occubuiſſe negaſſet?
Quis tum cervici noſtro impendere negaſſet
Servitij pœnas, necis extremamq; ruinam?
 Quis, cum contextas Tyrio de murice veſtes
Abijceret trepidus fugiens Auguſtulus Afros,
Tum Capitolinos muros nutare negaſſet?
 Cum ſua ſævirent cognata in viſcera Reges
Fœdere corrupto, quis tum inclinare negaſſet
Occiduo penitus fatum exitiabile mundo?
Quarta ſuos tamen haud amiſit beſtia nervos.
 Pinus ut intonſi ſeruans faſtigia montis,
Ictibus alternis petitur, viduatur & ipſis
Interdum folijs, interdum frondibus ipſis,
Turbinis exorto gyro, quem Caurus ab arcto
Decurrens gelida ſpirat, radicibus altè

Incon-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

In concuſſa tamen, contemnens fulgur, adhæret:
Sic licet humani generis portendere virus
Occiduis caſum molitur milite abundans;
Sic licet hæc animo durat ſententia fixa,
Omnia quæ ſceptris Mahomethi ſubdita non ſunt
Se deiecturum, tragico excidioq́; daturum.
Scandere ſancta vetant tamen hunc oracula (non
Fibrarum inſpectu Volucrumq́; petita volatu) (ex
Quâ furiæ, livor, quà fert maleſana cupido.
  Cultibus addictus fictis, fundamina nondum
Nominis Auſonij attrivit, nec is atteret unquam.
Fatalis potius quin forte tyrannidis inſtat
Hora. Repentini non proſpera Sultanorum
Succeſſus Mauris portendunt fortè colonis.
  Cuius ab ore ſuos fluxus tenet atq́; refluxus
Sanguis, inacceſſum cuius penetrale venenum
Spirat, quî poterit ſemper ſperare tenorem
Quî (repeto) placidũ? quî tutum? ſanguine Mauri
Accrevit peſtis, decreſcat ſanguine rurſus. (ta.)
Non violenta (probant multorum hoc fata cruen-
Stant diuturna ſolet nõne orta redire (negat quis?)
Rurſus ad occiduas tenebras? Erumpere tandem

Aſſolet occultus veluti diſcrimine magno
Morbus in aſſiduos ululatus: corporis inſtar
Ægroti tandem dominandi innata libido
Corruet, & nimium damnoſa ſuperbia, Turcus
Ipſeq; cum gemitu ſtygias iratus ad undas
Ac generum Cereris fugiet comitante cohorte.
  Spectaclo nobis diſperſa potentia ſummi
Sultani Caliphæ, tranſportata & Babylonem.
  Partibus à noſtris Scyticæ dominatio gentis
Et Mamalucorum duratio, circumſcripta
Ordine non longo numerorum militat. Ergo
Tertia cum tempus ſit prætergreſſa tyrannis.
Interituram etiam demum ſperemus ovantes.
Cuius nil regnum eſt quam carnificina piorum
Nequitiæ pelagus, ſanctæ laniena Sareptæ.
Quò magis auditur rauco clangore tubarum
Claſſica militiæ, rapidosq; ciere tumultus;
Quò magis in Chriſti ſocios exæſtuat ira;
Quò mage vinctorum conatur ſanguinem & oſſa
Deglutire, Lupus ſicut fert ore bidentes:
Hoc mage veridici nobis eſt judicis hora
Expectanda Dei, qui cunctos arguet, amplum

Impie-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

Impietatis iter, ſalebroſaq́ʒ ſaxa ſecutos.
Sic tàndem ex meritis pœnā truculentus Arabs hic
Montibus in ſanctis omni ſpoliatus honore
Haud coram infeſtos audebit tollere vultus.
  Abramidum interitus, Templi deletio, quenquā
Forſitan ambiguum reddat, ſic mente revolvens:
Nonne Palæſtinæ maieſtas proxima cælo,
Theſauros habuit ſucco pietatis onuſtos?
Nonne prophetias ſoboles judaica? nonne
De Chriſto Iſacidis orituro ſtirpe Dauidis
Primùm oblata fuit promiſsio? legis in urbe
Nonne ſalutiferà viguerunt vincula primùm?
Hunc DEVS eximio populum dignatus amore,
Supra alios vires dedit atq́ʒ optabile regnum.
  Legis at immemores fundatæ cælitus, ecce
Fœderis accenſus juſtas fundator in iras,
Deiecit ſolio perfrictæ (pulveris inſtar,
Quem voluri aura levis proſternit concita gyro
Æquora per campi) Iudæos frontis avito.
Stravit humi ſacrum capiti diadema revulſum.
Hoſtibus Aſsyrijs calcare deditq́ʒ profanis.
Imperij ſplendor, ſubitò caligine mixta

 Occubuit,

Occubuit, muris orbata Sionis & aula.
Mulctata Aſſyrijs ſic gens ingrata flagello,
Ducitur à patrijs laribus, Babylonis ad amnes
Jgnotos, ubi proſtratæ immatura juventæ
Stamina, curarum reſecabat dira vorago,
Atq; ſeneſcebat temptæ pars ultima vitæ
Luctibus in denſis, ſenio confectaq; luctu
Obſcuro mortis claudebat tempora in antro.
Ornamenta domus Salomonis rara, Sionis
Fundamenta, pios ritus, Solymæq; nitorem
Numinis auſpicio qui ſe ſuper æthera vexit,
Noſtros ad cives aptans, ad templa, vigorem
Doctrinæq; ſacri ſtillatæ pneumatis imbre
Nectareo, omnimodè lingua areſcente palato
Hæſit, & ingenti ſteterunt horrore capilli.
Theſauri noſtris habitant pietatis & artis
In regnis, floret Muſarum turba novena,
Legibus imperium, Cereris pinguedine agelli.
Hæc igitur certè nobis communia ſi ſint
Dona Palæſtinis populis dulciſſima, nonne
Sit par vel potius fortuna futura ſit impar?
Turcica colluvies an ſit Romana per arva

Graſſa-

Graſſatura minis, an graſſatura ruinis?
Fecit ut Aſſyrius Solyma per fertilis agros.
Multa quidem, fateor, fateor, ſunt obvia Turcis
Et Babyloniaco, ſucceſſus, regna, tyrannis,
Divitiæ, robur, blaſphemia, miles & arma
Chaldæum longè caput inter clara ferentem,
Nubila, fœcundos dominantem murice opaci
Sidonijq; ſinus, Daniel Regem unxit: at heros
Hic pacti quanquam demiſſi cælitus exlex
Vixerat, adſcripſit tamen illi ſummus honorem,
Et maris & terræ, celſi & tremefactor Olympi,
Sceptra monarchiæ amplificaret ut ardua primæ.
Certa Prophetarum extabant præſagia, ſemen
Abramidum, Solimæ nudata vallibus urbe,
Littora acceſſurum Babylonis in hoſpita: Noſtris
Conſpicienda oculis veniunt oracula nulla,
Hunc dominaturum noſtris cervicibus hoſtem.
Inviolata Deus quem per ſpiracula, rerum
Conſcia, prædixit primo Danielis ab ævo,
Qui primum tempus, poſt tempora, temporis ipſi
Dimidium poſuit quiddam. Indignantibus aſtris
Iam medium exceſſit curſum, tria cornua primis

 Corni-

Cornibus addendo, ſervetq́; habeatq́; ſepulchro.
Teutonis in gremio ſi quid tentaverit, ipſos
Hungariæ afflictæ tentavit ut hactenus intra
Cancellos, dederit triſti ſi corpora letho
Mucronem vibrans, bolus tamen ultimus illi eſt.
Quod ſuper eſt igitur, precibus Germania junctis
Coniunctis manibus, concretas protinus eia
Solve moras, mores caſtiga, ſurge, veternum
Ex oculis, tenebras è pectore, cordis ab imo
Excute quiſquilias, arma armis, artibus artes
Pelle, equites celerem clamydatos conijce, promptos
Inq́; fugam pedites, contra irrumpentia produc
Agmina, cordatos cordatis auſibus auſus
Rumpe, queas fortis quò fortes ire Gelonos.
Sic fiet, redeas ut victo victor ab hoſte,
Reſtituasq́; togam patrijs penetralibus. Ergo
I nunc, pro patria decus eſt atq́; ultima non laus
Vitales auras generoſa effundere morte.
I nunc officium faciens. Qui cuncta gubernat
Arbitrio, noſtris accedet cladibus ultor.

FINIS.

1238.

Eloqvar, an sileam? magni res ponderis, impar
Haud humero Atlantis, qvi torqvet fortiter aptum
Axem sideribus; qvi nostris hospita lumbis
Esse potest? niveos tamen ut strepit inter olores
Anser, cygneos turbans clangore susurros:
Sic ego, grandisoni qvod essent texenda Maronis
Vatis acu aggrediens, hæc texo retexo Minerva
Inculta, incomptas mediis proferre Camænas
Fluctibꝰ in patria, pietatis comprobat ardor.
Ales ut adverso corpus Iunonia Sole
Explicat, auricomas caudæ mirata colores:
Pestiferæ sessor cathedræ blanditur iniqvis
Sic spoliis, vasti fundendo dira per orbis
Toxica circuitus, superos et ad arma vocando.
Ut movet ob pictas mortalibꝰ æmula pennas
Pavo triumphantes gyros: Ita acinace temtrix
Divum freta cohors, qvibꝰ est reverentia veræ
Virtutis cordi, flammamq; necemq; minatur:
Exemplum nobis depingit Turcica ad ungvem
Barbaries, Scythicis olim vicina colonis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

Qui boreale latusq retinent, qua ſpectat Imaus.
Sarmaticos trux hæc campos, Mæotis aquasq
Turba, Saracenis habitantibq æquora Ponti
Euxini domitis ſociali clade, reliquit,
Accelerans Libijæ tractus Aſiamq calentem.
Paullatim variis ſic nobilitata triumphis,
Induperatori tribuit diadema Zodoico,
Augenti primum ſurgentia ſemina agelli
Proventuum feros quod proſperitate nepotes
Lactavere, volat noſtras ceu fama per aures.
Quis quatit imperio ſeptemplicis oſtia Nili?
Quis Syriam, Memphim; quis montes melle ſcatentes?
Gaudet oliviferis Solymæ quis collibus? eheu
Turca, ſuis jungens Bizantia finibus arva,
Dorticanis vatum quondam ditata cothurnis;
Et Peloponneſum, bimari qui jungitur Iſthmo,
Nec non Phocenſes, Parnaſſi jugera, Athenas
Cecropiasq novem præbentes dona puellis.
Prodeat extemplo magni Lactantiq auctor
Nominis in medium, ſic tuta ſilentia frangens
ROMA; reformidat mens tanta revolvere; mundi
Colos, ſua dilatans ad multos brachia Reges,
Imperii nervos, majeſtatiſq nitorem,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

Nomine Romulidum quod formidabile nunc est
Foedifragis, terrâ sublato viscere perdet.
Omnibus his talem productis, instat, in actum
Sceptra orientales Asiae vertentur in oras,
Ortus ubi occiduis latè dominabitur hortis.
Hac Ariadnaeis non offuscata tenebris
Ingigens animo, vox faucibus haesit in imis,
Cordis et in thalamos, penetravit terna dolorum.
Ausonijs etenim minitantur, atrocia dictu,
Fascibus excidium, contemptus, vincula, mortem.
Occiduis Asiae praescribet jura tyrannis?
Cultores pedibus conculcans juris et aequi.
Heu quod tunc tellus, potuissent aequora quod tunc
Nos capere? heu captis restaret denique quid jam
Subsidii nobis in Mauro? sanguine anhelans
Qui studet incultis cultas submittere terras.
Quid magis horrendum, quid tristius insuper, hosce
Ire salutatum sitientes sedibus Afros
Exuti patriis, Medos, rigidosque Gelonos?
Quid lacrimabilius, si culta novalia miles
Barbaricus nostro coleret signata cruore?
O dolor, o lacrumae, nobis superesset asylum
Exulibus quodnam? nullum; nisi turbo malorum
Obtenebrans oculos, gelidae ceu mortis imago.

1238.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

Ut Leo, terribiles ad cujus Sylva remugit
Rugitus, trepidis insultat dente rapinis:
Omine nomen habens conjunctum Turca vicissim
Dentes dente acuit, truculento concoquit iras
Ore, minas linguâ, de naribus evomit æstus.
Insuper hastatus nostris, pro, more Gigantum,
Quos ad sublimem congestis montibq arcton
Scandere fert rumor, cervicibus imminet ultrò.
Si mihi divini flueret divina Maronis
Vena, mihi plenis calathis si munera Phœbus
Offerret, digno possem non prendere tractus
Barbaricos plectro longè lateq patentes:
Nullus in orbe unquam monstro hoc seriora per orbem
Fulmina sævitiâ dispersit. Flamma favillis
Cœpit ab invalides valida incrementa; subactis
Sarracenorum Satrapis in limine regni
Primo, Romanum miris conatibq audax
Invasit cornu; Mundi pars optima stragem
Est experta, malum, victoris sæpius hujus;
Decolor Æthiopum turis dotata Sabæis
Gens, Syria armipotens, Persis Danaia, Molucha.
Socratiis sapiens dedit olim Græcia portum
Militibus, quorum post funera scripta triumphant;

1238.

Apperuit valvas Babylonia Gymnosophistis;
Prodigiosa parens Magis Ægyptia Memphis,
In Pharium exsurgens septena per ostia flumen;
Sancta Palæstinæ tellus aliqvando Prophetis
Portus, stellatos caput inter condidit orbes:
Nunc disjecta jacent Trojana cuncta fragore;
Nunc documentorum vestigia nulla supersunt:
Extincta nunc pace, ferox Bellona Sophorum
Invidiosa gregi, ferro facit omnia vasta:
Nunc Otomannigenis Harpyjis Græcia præda ē
Græcia muneribus viduata tot inclyta raris:
Nunc face consumptis Magis, opulenta marinis
Emporiis, Magni Ptolemaij regia sedes
Regis Alexandri, rabidis dat pensa molossis:
Nunc animum species intrat miseranda Sionis.
Cum Jove divisum se jactabundus habere
Somniat imperium, solio in penetralibus ipsis
Cæsaris Ausonii, qva littora Thraciis undis
Bosphorus æqvoreis lambit Bizantia, fixo.
Nunc ferus Hungariæ vastator, adoptat acerbo
Exilio nobis patrios mutare penates.
Jam cælum terris, terras confundere cælo
Mole gygantæâ pharetratus Latro laborat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

Instar is accipitris, subito qui nubila tranat,
Cum mare, tum terras omni ditione lacessit:
Sarracena lues nimium nimium agmine denso
Armis incumbens, latè loca milite complet.
Urit et usq; furit, vehementer turget et urget.
Illa moras animosa phalanx non Thracica nectit,
Quin dextris didicit, didicitq; jugalibus uti.
Propugnacula Canis multos servata per annos
Eripuit nostris, ipsi fert BUDA tributum,
WIZIA, Jaurinum, Petrinia, flebilis Alba.
Hæredem metuunt quem cætera, nostra fuere
Quæ nuper, juvat at hoc quid dixisse, fuerunt?
Dalmatiæ fines, ac transalpina Dacorum
Oppida, Moldavicis multum non dissita sylvis
Impiger accelerat; circumdatos ære ministros
Cogit in arma suos, posuitq; in mœnia scalas.
Hujus inauditos modo Transylvania multum
Haud disclusa solo Bulgarum, vertice septem
Arces Carpathio circumdans, horret ad astus.
Hujus ad instantes modo Pannonis undiq; tota
Pallescit fremitus, trepidatq; ad compedis ictus:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

Hujus ad insidias, ad fastus mille, celebris
Atria Teutonidum fundunt modo flebile carmen.
Siccine murorum pinnas cum parte revellet?
Siccine tot coget in tristia funera cives?
Siccine regificas urbes, tot tecta Scholarum,
Tot delubra Dei, longum stabilita per ævum;
Tot fora, tot pariter benè culta novalia habebit?
Siccine deletis nobis quibus halitus auræ
Vitalis datus est, regnum, grave nomen ab ipso
Christo, insultabit toti Rex unicus orbi?
Nominis ut clari Lactantius edidit autor,
Quem vixisse bonis legimus florente Lyceo
Romano studiis, studiosorumque corona.
Scripta fidem dicto faciunt præclara, legentum
Pectora largifluo saturantia Nectaris imbre.
Oraclis igitur sententia consona rectis
Militat & harmoniam faciens cum Codice sacro.
Nequicquam: Vates quem clausum carceris antro
Fama est Chaldæos inter lusisse Leones,
His rata prædictis suffragia ferre recusat.
Ergo Lactantî confestim incongrua verbis
Verba juvat calamo percurrere vatis agresti.
Rite plagas Mundi divino quatuor haustu
Pensiculans juvenis Domino acceptissimus hospes.
Assyriam, largas Babylonis opesque trahentes

1238.
Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

A duce Nimrodo prima incrementa, Leoni
Comparat alato robur quem corporis armat.
Perſarum metas, quas Cyrus adauxit Hydaſpes
Urſo; Græcorum celeri primordia Pardo,
Ex medio Seleucus queis Pardus flore juventæ
Oblongas annis brevioribus addidit alas.
His ita depictis, pulcherrima et ampla Quiritum
Regna togatorum, luſtratisq Flaminis almi
Lampade fatiloquis, voluit depingere monſtro
Ignoto, quorum ſplendentia lumina Cæſar
Julius, à Juli demiſſus origine, necnon
Auguſtus, triplici invectus Tarpeja triumpho
Mœnia cum plauſu, ſtellis æquavit Olympi.
Sic ait: Horribilis, maculoſo tergore quarta
Beſtia tecta, truces tantum inter cætera criſtas
Erexit; Pinus quantum inter celſa ſuperbit
Myrtos, quantum inter viburna tenella Cupreſſus,
Conculcabit ovans pedibus, lacerabit ovansq
Unguibus, amplexu ſpatioſo machina mundi
Quod tenet, enatis capitis de vertice denis
Cornibus, ad proceres quorum ſe brachia denos
Expandent orbis, belloq togaq ſecundos.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

De mediis unum progressu temporis horum
Faucibus accipiet parvum fundamina cornu,
Accipiet nervos, ditionis honorem et amorem,
Eradicatis fervore tyrannidis omni
Cornibus à primis auro fulgentia trina.
Innocui nunquam cessabit inermia Christi
Membra, pharetrata tritare phalange suorum,
Nec venit dicens antiquus jura dierum.
His procul à patria destructus Daniel, oris
In Babyloniacis extinctu opulenta supremi
Regis, adumbravit fulcimina quatuor orbis,
Addens fortunæ successus atq recessus
Mille monarchiæ venturos secula quartæ,
Ausonio trinis mutilato corpore membris.
Hæc igitur justa perpendere lance necessum est
Mystica quæ sacro sacrosanctq inebriat imbre
Spiritus, enodans abscondita patribus. Ergo
Sexcentis aliis à pectoris arte remotis,
Testibus huic testi fidendum graviter uni est:
Fulta adamanteis nescit nam pagina fulcris
Fallere, fallenti bibulas nunquam exhibet aures.
Esse manus tumido quis longas abnegat Afro?
Instructas ipsi quis denegat esse cohortes?
Divitias, vires, jubar imperiale, superbos

1238.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

Occasus spargens radiosq Orientis ad axem.
Quid moror? infelix exemplo Græcia, tanti
Hostiles hostis bellus experta procellas
Duplicat hei, Musæ Parassia castra, timentes
Instantem rabiem, dictu lacrumabile, Turcæ;
Ligverunt pullis induta vestibus; alma
Dat Solymas lymphas provincia, fundamentis
Eruta, demisse duplices ad sidera palmas
Extendens; lacrumis fortunas Ægyptus iniqvam
Prosequitur sortem, Rodus, et Belgradus et Indus
Enervata jacent Tarpeja palatia trinis
Cornibus Ægypto, Syria, Græcaq feraci
Martis ab Europa distractis orbere. Cœpit,
Cœpit Otommanicus Martis spirante sereno
Flatu vicinos subvertere Bassa colonos.
Nostram continuis auxit fortuna rapinis
Nunc in perniciem; sic vires viribus, artes
Artibus atq dolis cumulavit, ut arma maniplis
Turcica jam liceat minime contundere parvis,
Combinare suis Romano nomine prorsus
Oppresso Romana studet tentoria campis.
Nunc qvaties laxis qvi non moderatur habenis
Hungarq extimuit pugnantem cominus harpe?
An casu tantos gerit an virtute triumphos?
Hor virtutis tantos virtute gerit non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

1238.

Nec casu. Casus Salamonis ahenea turris
Signatos toties habuit nigredine fortis
Sancta profanaret quoties mandata Tonantis.
Sic quoq quem pennis majestas ambit honorum,
Criminis ob noxam nobis immane flagellum
Ad certas posuit Turcas hos temporis horas.
Non tamen, ut vanis Mahomethi vana columnis
Duravit varios sententia firma per annos,
In nihilum occiduas rediget terroribus urbes.
Stat sua cuiq dies fortunæ noxia telis,
Certa manent etiam furibundo tempora Turco.
Sæviat, extollat frontem, bacchetur, adæquet
Rura solo, Ausonius nulla in mage fascibus olli
Sella thronusq patet, lucem Sol donec ab umbris
Dividet obscuris. Ramos ut quercus in auras
Exaltat, vento moles, surgente, ruinâ
Qvô graviore cadat: Sic astipulante Jehova
Sors Mahometigenas Zephyro spirante nitentes
Evehit ad nubes, quo conspirantibus unà
In maris exitium Borealibus, ocyor Euro
Quæ valuere ruant. Num fœderis immemor est is,
Qui semel instituit pactum cum Davide? non est.
Nam non destituit comites discrimine in arcto,
Nec permittit oves robur lacerarier ultra.
Organa qvin potius clypeo bonitatis obumbrat,

Nec foedus, volvit dum mundus secula, solvit.
Non ex Occiduis Deus illo tempore in oras
Et Orientales solitus transferre Sareptam,
Aut decus imperii. Pietatis semina prima
Nonne oriens Titan ortu qui lucet Eoo
Jugiter excoluit? conjuncto pondere legum?
Sic, sua in occiduas pedetentim brachia fines.
Limina et extendens Septem subjecta trioni.
Denique Persarum reparata potentia fecit
Sub juga non rediit Babylonis inhospita; Sicut
Græca Monarchiam fuit haud delata superbam
Persida: Romani splendoris lumina, sic nec
Subjicientur agris Lydiis, Asiæque barathro.
Qui prius ipse suo cadet audacissimus ense.
Num vetera in medium ducam monumenta?
Flore salutatus Satrapis plaudentibus ultro
In Rhetiæ campis Dux Vallerianus, arenas
Imperii quarto fatis urgentibus anno
Navibus Euphratis sulcans, ad prælia Persas
Romani magna populi cum clade coegit.
Exitus exemplo, Sapori fit præda tyranno.
Hic gauderet equos quoties conscendere, collum
Victori victus calcandum præbuit hospes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

Cætera nunc referam? crudelia, jam obſitus ævo
Captivus, Perſæ excoriendos obtulit artus.
Nonne alienigenis Stygias inglorius umbras
Cum peteret terris, Romano illata nitori
Et majeſtati, ingens obſcuratio, et horror
Extitit? utrum igitur ſublato præſide, nomen
Suſtulit è medio Romanum Perſicus heros?
Si refricare licet vulnus, Capitolea (: quorum
Nomen honoratum, ſucceſſus, robora, vires
Extimuere viri, quâ Sol utrumque recurrit
Oceanum (Galli cum debellâre, cohortes
Cumque Caledoniæ Pictorum litus amœnum
Scotigenæque duces; Europam Vandalus atrox.
Auſoniæ quis tum jubar occubuiſſe negaſſet
Servitii pœnas, necis extremamque ruinam?
Quis, cum contextas Tyrio de murice veſtes
Abjiceret trepidus fugiens Auguſtulus Afros,
Tum Capitolinos muros mutare negaſſet
Occiduo penitus fatum exitiabile mundo?
Quarta ſuas tamen haud amiſit beſtia nervos.
Pinus ut intonſi ſervans faſtigia montis,
Ictibus alternis petitur, viduatur et ipſis
Interdum foliis, interdum frondibus ipſis,

Turbinis exorto gyro, quem Caurus ab arcto
Decurrens gelida ſpirat, radicibus altè
Inconcuſſa tamen, comtemnens fulgur, adhæret:
Sic licet humani generis protendere virus
Occiduis caſum molitur milite abundans;
Sic licet hæc animo durat ſententia fixa,
Omnia quæ ſceptris Mahometi ſubdita non ſunt
Se dejecturum, tragico exitioq; daturum.
Scandere ſancta vetant tamen hunc oracula /: non
Fibrarum inſpectu volucrumq; petita volatu /
Quæ furiæ, livor, quæ fert maleſana cupido:
Cultibus addictus fictis, fundamina nondum
Nominis Auſonii attrivit, nec is atteret unquam
Fatalis potius quin forte tyrannidis inſtat
Hora. Repentini non proſpera Sultanorum
Succeſſus Mauris portendunt fortè colonis.
Cujus ab ore ſuos fluxus tenet atq; refluxus
Sanguis in acceſſum cujus penetrale venenum
Spirat, qui poterit ſemper ſperare tenorem
Qui /: repeto:/ placidum? qui tutum? ſanguine Mau
Accrevit peſtis, decreſcat ſanguine rurſus.
Non violenta /: probant multorum hoi fata cruen
Stant diuturna ſolent nonne orta redire /: negat
quiſq;
Rurſus ad occiduas tenebras? Erumpere tandem

1238.

Aſsolet occultus veluti diſcrimine magno
Morbus in aſſiduos ulutatus: corporis inſtar
Aegroti tandem dominandi innata libido
Erruet, et nimium damnoſa ſuperbia, Turcus
Ipſeq cum gemitu ſtygias iratus ad undas
Ac generum Cereris fugiet comitante cohorte.
Spectaclo nobis diſperſa potentia ſummi
Sultani Calipha, trans portata et Babylonem.
Partibus à noſtris Scythica dominatio gentis
Et Mamalucorum duratio, circumſcripta
Ordine non longo numerorum militat. Ergo
Tertia cum tempus ſit prætergreſſa tyrannis.
Interituram etiam demum ſperemus ovantes.
Cujus nil regnum eſt quam carnificina piorum
Nequitia pelagus, ſancta laniena Sarepta.
Qui magis auditur rauco clangore tubarum
Caſpica militia, rapidosq ciere tumultus;
Qui magis in Chriſti ſocios exaeſtuat ira;
Qui mage victorum conatur ſanguinem et oſſa
Deglutire, Lupus ſicut fert ore bidentes.
Hoi mage veridici nobis eſt judicij hora
Exſpectanda Dei, qui cunctos arguet, amplum
Impietatis iter, ſalebroſaq ſaxa ſecutos.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

Sic tandem ex meritis pœnam truculentus Arabs hic
Montibus in sanctis omni spoliatus honore
Haud coram infestos audebit tollere vultus.
Abramidum interitus, Templi deletio, quemquam
Forsitan ambiguum reddat, sic mente revolvens.
Nonne Palæstinæ majestas proxima cœlo,
Thesauros habuit succo pietatis onustos?
Nonne propheticas soboles Judaica? nonne
De Christo Iacidis orituro stirpe Davidis
Primum oblata fuit promissio? Legis in urbe
Nonne salutifera viguerunt vincula primum?
Hunc Deus eximio populum dignatus amore,
Supra alios vires dedit atque aptabile regnum.
Legis at immemores fundatæ cœlitus, ecce
Fœderis accensus justas fundator in iras,
Dejecit solio perfricta s: pulveris instar,
Quem volucri aura levis prosternit concita gyro
Æquora per campi / Judæos frontis avito.
Stravit humi sacrum capiti diadema revulsum
Hostibus Assyriis calcare deditque profanis:
Imperii splendor, subito caligine mixta
Occubuit, muris orbata Sionis et aula.
Mulctata Assyrii sic gens ingrata flagello,
Ducitur a patriis laribus, Babylonis ad amnes
Ignotos, ubi prostratæ immatura juventa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

1238.

Stamina, curarum reſecabat dira vorago,
Atq ſeneſcebat temptô pars ultima vitæ
Nubibus in denſis, ſenio confectaq luctu
Obſcuro mortis claudebat tempora in antro
Ornamenta domus Salomonis rara, Sionis
Fundamenta, pios ritus, Solymaq nitorem
Numinis auſpicio qui ſe ſuper æthera vexit,
Noſtros ad cives aptans, ad templa vigorem
Doctrinaq ſacri ſtillatæ pneumatis imbre
Nectareo, omnimodè lingua areſcente palato
Hæſit, & ingenti ſteterunt horrore capilli.
Theſauri noſtris habitant pietatis & artis
In regnis, floret Muſarum turba novena,
Legibus imperium, Cereris pinguedine agelli.
Hæc igitur certè nobis communia ſi ſint
Dona Palæſtinis populis dulciſſima, nonne
Sit par vel potius fortuna futura ſit impar?
Turcica colluvies an ſit Romana per arva
Graſſatura nimis, an graſſatura ruinis?
Fecit ut Aſſyrius Solymæ perfertilis agros.
Multa quidem, fateor, fateor, ſunt obvia Turcis
Et Babyloniaco, ſucceſſus, regna, tyrannis,
Divitiæ, robur, blaſphemia, miles & arma.
Chaldæum longè caput inter clara ferentem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

Nubila, foecundos dominantem murice opaci
Sidoniiq́ sinus; Daniel Regem unxit. at heros
Ille pacti quanquam demissi coelitus exlex
Vixerat, adscripsit tamen illi summus honorem
Et maris et terræ, celsi et tremefactor Olympi,
Sceptra monarchiæ amplificaret ut ardua prim
Certa Prophetarum extabant præsagia, semen
Abramidum, Solimæ nudata vallibus urbe
Littora accersurum Babylonis in hospita. Nost.
Conspicienda oculis veniunt oracula nulla,
Nunc dominaturum nostris cervicibus hostem,
Inviolata Deus quem per spiracula, rerum
Consecia, prædixit primo Danielis ab ævo,
Qui primum tempus, post tempora, temporis ips
Dimidium posuit quiddam. Indignantibus astris
Iam medium excessit cursum, tria cornua prim
Cornibus addendo, servetq habeatq sepulchro.
Teutonis in gremio si quid tentaverit, ipsos
Hungariæ afflictæ tentavit ut hactenus intra
Cancellos, dederit tristi si corpora letho
Mucronem vibrans, bolus tamen ultimus illi est.
Quod super est igitur, precibus Germania junctis
Conjunctis manibus, concretas protinus eja

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

1238.

Solve moras, mores castiga, surge, veternum
Ex oculis, tenebras è pectore, cordis ab imo
Excute quisquilias, arma armis, artibus artes
Pelle, equites celerem clamydatos conjice, promptos
Inque fugam pedites, contra irrumpentia produc
Agmina, cordatos cordatis ausibus ausus
Rumpe, queas fortis quo fortes ire Gelonos.
Si fiet, redeas ut victo victor ab hoste,
Restituasque togam patriis penetralibus. Ergo
I nunc, pro patria decus est atque ultima non laus
Vitales auras generosâ effundere morte.
I nunc officium faciens. Qui cuncta gubernat
Arbitrio, nostris accedet cladibus ultor.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

1238.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)

1238.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 1238 4° (LN 415)